



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi; Et In Conimbricensi Academia
Sacrarvm Litterarvm Olim Primarii Professoris Emeriti De
Divina Gratia Pars ...**

Continens Prolegomena sex, & duos priores libros De Necessitate Divinæ
Gratiæ Ad Honesta Opera

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1620

Index Capitvm Prolegomeni Secvndi. De scientia, quam Deus habet de
liberis actibus sub conditione futuris priùs ratione, quàm absolutè futura
cognoscat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94086](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94086)

probat Deum interdū efficaciter incendere effectum
pendentem ex libera cooperatione hominis, & habe-
re modum, quo ita moueat hominis voluntatem, vt
infallibiliter, & libere consentum eius obtineat, quo-
modo autem id faciat Deus, D. Thom. sibi non expo-
nit. Nos autem dicimus id non fieri per suppositionē
in ducentem antecedentem necessitatem, sed conse-
quentem, media aliqua prescientia Dei, & ita doctri-
nam illam non repugnare alteri, quam tradidimus,
modum autem illum motionis in l. 5. explicaturi su-
mus.

23.
Ad argumē-
ta à ratione
posita.

Ad rationes responderetur, priorem falsum suppo-
nere, quia formalis libertas non consistit in iudicio
rationis, & illo stante volūtas necessitari potest firm-

placiter, vt supra ostendimus. Ad alteram vero ratio-
nem dicitur, posita antecedente suppositione, quae
necessitatem in se sibi compositio eiusdem suppositio-
nis inducat, manere in voluntate potestatem remou-
tam, qua potest actum suum non elicere, si talis sup-
positio auferatur, haec autem potestas non satis est, vt
actus, quem nunc facit sub tali suppositione, sit liber,
quia prius natura, quam illum eliciat, est ita affecte,
vt simpliciter non possit illum non elicere, ideo quae-
lis necessitas antecedens simpliciter libertati repug-
nat. Sequebatur hic discernendum, an in homine le-
pso sit ista libera facultas, & vsus eius? sed de hoc
in Prolegom. 4. capit. 7. & in libr. 5. ca-
pit. 4. dicemus.

Finis Prolegomeni Primi.



INDEX CAPITVM PROLE- GOMENI SECVNDI

I De scientia, quam Deus habet de liberis actibus sub conditione futuris
prius ratione, quam absolute futura cognoscat.

Cap. 1. Sensu, & statu controversiae proposito: variae sententiae cum suis authoribus re-
feruntur.

Prima sententia cum multiplici eius varietate proponitur.

Alterae sententiae contraria, & affirmans refertur.

Cap. 2. Deum habere certam, & infallibilem scientiam futurorum contingentium conditio-
natorum ex Scriptura, prout à Patribus intellecta est, ostenditur.

Cap. 3. Plures ex Sanctis, & antiquis Patribus scientiam conditionatam in Deo cognouisse,
praesertim Augustinum, & nullum eorum illam Deo negasse.

Cap. 4. Neq; in Augustino, neq; in alijs Patribus aliquid contra perfectionem diuinae sci-
entiae conditionatae reperiri.

Cap. 5. Deum habere conditionatam scientiam futurorum ante decretum liberum suae vo-
luntatis secundum rationis ordinem, nec posse talem scientiam in tali decreto fundari: ex
eisdem Scripturae, & Patrum testimonijs ostenditur.

Cap. 6. Quod de hac scientia conditionata D. Thomas senserit?

Cap. 7. Ratione à priori ostenditur, dari in Deo conditionatam praescientiam, & principali
fundamento contrariae sententiae occurritur, veritasq; talium propositionum declaratur.

Cap. 8. Quae decreta conditionata, & libera Deo attribuenda sunt? & in illis non posse con-
tingentia sub conditione futura praescribi.

Cap. 9. Nonnullis obiectiōibus occurritur, earumq; occasione doctrina data magis decla-
ratur, & veluti in summa re digeritur.

Cap. 10. Alteri obiectiōibus occurritur: & an scientia visionis sit causa futurorum? explicatur.

PRO-